

iuxta domum Franci de Buiano extra parietem iuxta domum Iacobi de Nicastro, et iuxta viam devolutam eidem Ecclesie Iure legati facti olim per ipsum qd. Ugonem de Anna, Ecclesie supradicte cuius domus reliqua quarta pars pro indiviso est Ecclesie Sancte Clare, et reliqua quarta est pro indiviso similiter ipsius Lianore Iure quarte competentis ei in domo predicta Iure sui murgincapitis. Quatinus a presenti dicta Maior Ecclesia Baroli, dictos duos Tercerios pro indiviso domus predictae sistentis in platea magna Baroli ex causa permutationis habeat teneat possideat *etc.* Guadium quoque dicta Lianora *etc.* Capitulo dedit *etc.* Contra que si fecerint Lianora et successores penè nomine, componant dicto procuratori vel Capitulo uncias auri decem et totidem Regie Curie *etc.* et renuntiavit consuetudini Baroli qua cavetur quod pena apposita in contractis nullum sortiatur effectum *etc.* iuravit ad Sancta dei Evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi Superius ubi legitur permutationis Lianoram mulierem per me predictum notarium est abrasum et emendatum non vitio set quia scribendo erravi. (*Segno*).

† Iohannes de Leone q. s. Iudex. (*Segno*).

† rogerius f. Iohannis beneventi testatur.

† Nicolaus de Prothomagistro testatur.

† Ego Simon de odino testatur.

N. 49.

A. D. 1314

(4 aprile; Indiz. XII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,33; larg. m. 0,21.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Laurencius Carpinceli, f. qd. Silvestri de Ambrosio, et Romana, f. qd. Andree de Blasio</i> , barlettani, vendono al Cantore Guglielmo e per lui al Capitolo di S. Maria Maggiore, una loro casa orreata, situata <i>in pictagio Marcicani</i> , per il prezzo di once 6 da prendersi delle 12 in oro, legate alla stessa Chiesa <i>per qd. Comitum Iohannem de Madio et Gemmam uxorem suam, in Karlenis novis argenti</i> . L'obbligo si contrae sotto pena di 2 once.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu Christi Millesimo Trecentesimo Quartodecimo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Quinto. Mense aprelis Quarto die eiusdem duodecime Inditionis apud Barolum. Nos Laurencius Carpinceli f. qd. Silvestri de Ambrosio. et Romana f. qd. Andree de Blasio vir et uxor Barolitani Cives. Coram Iacobo de Magistro Bruno Regali Baroli Iudice Magistro Spina puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis licteratis ad hoc specialiter vocatis et rogatis ego quidem mulier a predicto Iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continentia consensu quoque dicti viri mei. consensu etiam Clementis de alexio tabernarii electi mihi (*sic*) mundualdi quoad presentem contractum et mihi per predictum iudicem